

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection](#)[Iconothèque](#)[Collection](#)[Série C - 1616. Filippo Ferroverde, \*Mythologiae libri\* \(Padoue\)](#)[Item](#)[Mythologia, Padoue, 1616 - 14 : Le lait coulant du sein de Junon donne naissance à la Voie lactée et aux Lys](#)

## **Mythologia, Padoue, 1616 - 14 : Le lait coulant du sein de Junon donne naissance à la Voie lactée et aux Lys**

**Auteur(s) : Ferroverde, Filippo (graveur)**

**Collection Série C - 1615. Filippo Ferroverde, *Nove Imagini degli dei* (Padoue)**

[Nove Imagini, Padoue, 1615 - Annot. 14 : Le lait coulant du sein de Junon donne naissance à la Voie lactée et aux Lys](#)  *a pour reproduction ce document*

---

### **Informations sur la notice**

Auteurs de la notice [Équipe Mythologia](#)

### **Présentation du document**

Publication *Mythologiae, siue, Explicationis fabularum libri decem*, Patavii, Apud Petrum Paulum Tozzium, ex typographico Laurentij Pasquati, 1616

Exemplaire HathiTrust : Getty Research Institute - <https://catalog.hathitrust.org/Record/100240830>

Format in-4

Pagination p. 68

Exposition virtuelle [La "Mythologie" et ses gravures](#)

Notice créée par [Maria Laura Cucciniello](#) Notice créée le 11/09/2023 Dernière modification le 25/11/2024

---





Que idcirco quod præflet matrimonius, pronuba fuit appellata, ut ait idem poeta :

*Dant signum prima & tollit, & pronuba Iuno.*  
Et Ouid. in Phyllidi, epist.

*Iunonemque ibera qua præfidel alma maritis.*

Ferunt Iunonem lac Herculi infanti prebuisse, quo immorta vitam assequeretur, cum illum idcirco Pallas ad illam attulisset : quod inquit Lycophron in eo versu :

*μίσεν τροαίας ματὸν ἑσθλοῦν θεῶν*

*Gratiusque cultori Troæ ubi Deæ.*

Nam fabulatur Iouem aliquando dormientis Iunonis uberibus Herculem infantem admisisse, quo ab excitata reiecto pars lactis quæ in cælum cecidit, viam inde vocatam lacteam fecit : at quod cecidit in terram, fecit candida lilia, cum prius essent crocea.

Hæc Dea tria loca præcipuè dicitur ha-



buisse, in quibus colebatur summa religione, quæ ipsa sibi gratissima esse memorat apud Homerum lib. 4. Iliad.

*τόνδ' ἠμείβετ' ἔπειτα θεῶπις πέτνια ἦ ῥη.  
ἦ τοι ἐμοὶ τρεῖς μὲν πολυφίλιτα τὰ ἱσιπέδης,  
Ἄργος, σπάρτη τε, καὶ ῥιάγη μυκίη.*

*At Iuno contra sic est exorsa vicissim.*

*Sunt tibi tres urbes deiecta, Sparta, Mycena  
Atque Argos, quæ sacra ferunt tibi tempore in  
omni.*

Enimvero cum multis aliis in locis magna religione Iuno colebatur tum apud Eleos, ut ait Pausanias in Eliacis, quinto quoque anno matronæ solacium ludos instituebant, qui Iunonia vocabantur, atque virginibus pro ætate in classes diuisis certamen certius proponebatur. Curtebant primæ impuberes puellæ, mox præuidiores natu, postremæ natu maximæ, quæ ad Olympica certamina etiam accedebant, sed us minorâ

stadia proponebantur. Hypercheriæ Iunonis præterea delubrum extructum fuit apud Lacedæmonios, quo tempore Eurotas agrum Lacedæmonicum latè diluit, ex oraculi responso. Hanc Iunonem Venerem etiam nominabant, cui vota facere matronæ pro filiarum nuptiis, utpote pronubæ Deæ, consueverunt. Colebatur etiam Lacina Iuno cognomento in agro Crotoniate, sicuti testatur Dionysius in libello de situ orbis in his carminibus :

*ἡμέρτων πτολίεθρον ἐς τεράνιο κράτωσ.  
Ναϊόμενον χαρίεντος ἐπ' αἰσδάσ προχάρσιν,  
Ἐνθάκεν αἰπὺν ἰδρῖο λακινιάδος δεδμεῖν ἄρως.  
— hic ubi ab illis.*

*Exigua urbs colitur valde incunda Crotonis ;  
Asari ubi ad primas herbosi fluminis undas,  
Alta Laciniadi Iunonia templa videntur.*

Hæc Deam cum cælicolarum reginam putarent, cum sceptro & diademate fingere mos fuit anti-